HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
Admont, Ende 12. Jh. Seite 96v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26208
Copyright: Admont, Benediktinerstift



NOMEN quoque adam ex iiii. litteris coniungitur ex quibus idem
numerus conficitur. Que littere ex iiii. clymatibus colliguntur
que grece Anathole (oriens) Disis (occidens) Arctos (septem) Mesembria (meridies) dicuntur. In nume
ro autem grecorum a unum d iiii. iterum a unum m v. xl significat
que simul iuncta xl vi fiunt. Adam vero per genus suum diuiditur et
in iiii. partes mundi quasi semen spargitur sed per xpm in unum col
ligitur. Dum in corpore xpi ab adam sumpto ecclesia coadu
natur. Igitur quia ecclesia a iiii. plagis per iiii. euglia in xpm congregatur
ideo hos quatuor dies ante xlmam ieiunare comprobatur. Ideo etiam se
iiii. diebus affligit. quia euglm quod in initio xlme legitur ordines
in iudicio futuros predicit. scilicet unum iudicantium ut sunt perfecti.
alium per iudicium saluandorum ut coniugati. tercium dampnandorum ut
fideles bonis operibus uacui. quartum non iudicio pereuntium ut sunt increduli.
Ideo quoque iiii. dies abstinet quia iiii. causas luget uidelicet quod
propter escam se de paradyso eiectam meret. et quod in hoc exilio se
cibo bestiali indigere dolet. et quod pro hanc uitam se ad tartara
duci timet. vel quod in regno celesti cum electis non gaudet. Ideo
nichilominus iiii. diebus se macerat ut per iiii. uirtutes scilicet
Prudentiam. Fortitudinem. Iusticiam. Temperantiam. quasi iiii. co
lumnis sequens ieiunium fulciat. quatinus animam que iiii. mortibus
scilicet cogitationis. locutionis. operationis. in penitudinis
se addixerat. per custodiam iiii. angelorum resurgat. PER
DIEM quoque cineres capiti imponimus. diem expulsionis nostre de pa
radyso ad memoriam reducimus. quoque dictum est. Puluis es et in
puluerem reuerteris. Vt quoque redire possimus. penitentiam in
cinere et cilicio agimus. Et quia repatriare contendimus et
hostes nobis in itinere obsistere nouimus. ideo arma nostra quod

De iiii. diebus

Quatuor cause

Fer. iiii.